

BIBLIOTHECA
MANUALIS
ECCLESIAE PATRUM

C O M P L E C T E N S

Illorum vitae, & gestorum breviarium: Operum Synopsim: Illustriora
testimonia Dogmata, Mores, Disciplinam spectantia, & selecta
Vitæ spiritualis documenta.

O P U S

G A L L I C E E D I T U M

A D. PETRO JOSEPHO TRICALETIO

PRESBYTERO, ET DOCTORE IN UNIVERSITATE VESONTIENSIS,


L A T I O D O N A T U M

N O T I S Q U E B R E V I O R I B U S I L L U S T R A T U M

A B E U D O X I O PHILENIO S.T. PROFESSORE.

T O M U S N O N U S

Continens selecta SS. Patrum Axiomata, & Indicem generalem.



BASSANI, MDCCCLXXXIII.

S E D P R O S T A N T
V E N E T I I S A P U D R E M O N D I N I .

Superiorum Permissu, ac Privilegio.



MONITUM IN EDITIONE GALLICA

Tomo VIII. præmissum.

IUS eruditusque hujuscæ Bibliothecæ Auctor animo constituerat totum laborem suum in Analyſi contexenda præcipuorum Operum SS. Patrum ab Apostolorum ævo usque ad S. Bernardum inclusive, præcedentibus septem Voluminibus concludere. Verum publico ac communi desiderio & studio, quo a Piis excepta fuit hæc ejus complexio, ulterius illam extendere operæ pretium duxit. Non defuere si quidem qui illi animadvertissementum proposuerent, se novum & quidem magnum præstiturum fidelium cœtui beneficium, si Operi suo jam completo, nec sine laude, & plausu suscepto, novam Axiomatum & Sententiārum SS. Patrum ad moralem præsertim doctrinam spectantium adderet Collectionem; cui consilio libenter acquiescens eorum desiderio ac petitioni satisfacere non recusavit, & hoc novo labore implevit. Porro nullus est Religionis studiosus, illiusque dogmata, & doctrinam sciendi sequendique cupidus, qui non statim percipiat post divinarum Scripturarum lectionem, quæ certe quotidiana foret habenda, nihil utilius, nihil jucundius Ec-

SELECTA AXIOMATA
PATRUM ECCLESIAE

A D

MORES ET ASCETICAM VITAM SPECTANTIA.

CAPUT PRIMUM.

SELECTA AXIOMATA

SIGNATII

*Apostolorum discipuli, Episcopi Antiocheni,
¶ Martyris (a).*

I. **N**EMO erret: nisi quis intra altare sit, privatur pane Dei. Si enim unius atque alterius precatio tantas vires habet, quanto magis illa, quæ Episcopi est & totius Ecclesiae? Qui igitur in conventum non venit, hic jam superbia elatus est, & se ipsum separavit atque judicavit. Scriptum est enim: *Superbis Deus resistit.* (*S. Ignat. Epist. ad Ephes.*)

II. Permittite ipos saltem ex operibus a vobis erudiri. Sitis vos adversus iras eorum mites, adverlus magniloquentias eorum humiles: eorum maledictis opponite vos preces; adversus errores eorum vos firmi permanete in fide; adverlus efferos mores illorum vos mansueti sitis; non studentes eos imitari; fratres eorum inveniamur per benignitatem: imitatores autem Domini studeamus esse: unusquisque majorem injuriam patiatur, unusquisque defraudari se finiat, unusquisque contemni. (*Ibidem.*)

III. Non persuasionis opus, sed magnitudinis est Christianus, (*Epist. ad Rom.*)

IV. Obscero vos ne intempestiva benevolentia erga me sitis.

A 4

niti

S. IGNATII.
Virtus Ora-
tionis com-
munis.

utilitas boni
exempli.
Maneſtudo
& patientia
christiana.

Sola gratia
verum efficit
christianum.
Ardor in-
gens marty-
rii.

(a) S. Ignatius in Sede Antiochena Evodio successor anno 68. & martyrium subiit Roma anno 107. tempore Trajanicæ persecutionis ad bestias damnatus in Romano Amphiteatro.